

## Band IV., Nr. N92, Seite 392-393

*Bischof Konrad von Konstanz bekräftigt die Vertauschung eines Guts zu „Chelppach“ durch das Kloster Salem an die Kirche zu Teuringen gegen Zehnten zu Behweiler.*

Mühlhofen, 1220.

C., divina miseratione Constantiensis episcopus licet indignus, universis Christi fidelibus per suam dyocesim constitutis salutem in vero salutari. Notum sit omnibus vobis, quod, cum monasterium de Salem predium quoddam iuxta Tvringen<sup>1</sup> haberet in loco qui dicitur Chelppahc, quod inquam predium de manu viri nobilis de Teckenhusen videlicet Adelgoti cognomento Sunnunchalp data pecunia quandoque sibi conparaverat, idem monasterium prefatum predium ecclesie de Tvringen contradidit in concambium videlicet decime in Bebenvilare, quam predicta ecclesia tunc temporis visa est possedisse, et licet prefata decima iuxta tenorem privilegiorum suorum ipsi monasterio utpote suis sumptibus culta iure deberetur, pro bono tamen pacis conservando per mutuuum transactionis ius suum maluit redimere.<br> <br> Acta sunt autem hec anno verbi incarnati M<sup>(o)</sup>. CC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. apud Milnhouen in presentia nostri et multorum aliorum, presentibus quoque et consentientibus Hanrico tunc prefate ecclesie plebano et predicto Adelgoto, qui in eadem ecclesia ius tenet advocatie. Ut autem prefate commutationis transactio perpetuum robur obtineret, tam ad preces monasterii quam ipsius plebani et advocati presenti scripto sigillum nostrum iussimus insigniri, septem viris idoneis prestito iuramento testantibus utrique ecclesie ipsum concambium expedire.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An rot-weißer Seidenschnur hängt in Leder eingenäht ein spitzovales Siegel. Hinten auf der Urkunde steht von gleichzeitiger Hand: *Concambium decime in Bebenvilare – Cunradi episcopi Constantiensis.*

---

<sup>1</sup>Oberteuringen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**

4/6594; 67/1162 S. 148 Nr. 102

**Überlieferung und Textkritik:**

Original und Diplomatar des Klosters Salem in Karlsruhe.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Mühlhofen

**Aussteller:**

Konrad II.; Bischof von Konstanz (1209-1233)

**Ortsindex:**

Behweiler Wohnplatz (18147) <br> Behweiler, Oberteuringen, FN <br> Chelpach Wüstung (24018) <br> Chelpach, Oberteuringen, FN, W <br> Deggenhausen Wohnplatz (18480) <br> Deggenhausen, Deggenhauser-  
tal, FN <br> Konstanz Wohnplatz (14442) <br> Konstanz, KN <br> Mühlhofen Wohnplatz (18460) <br> Mühlhofen, Uhdlingen-Mühlhofen,  
FN <br> Oberteuringen Wohnplatz (18153) <br> Oberteuringen, FN <br> Schloss Salem : Salem FN <br> Schloss Salem Wohnplatz (18257)